tatis. est iudicū quadruplē scilicet  
vitatis. Jo. v. Sic audio: sic iu-  
dico. Et est iudicū odij fm illud

S

T

V rūdā etiam reor, p cause erigen  
tia absolutione: patet in gestis co  
rū. ¶ De pio. s. de causaz diligē  
ti discussione narrat Galer. l. vii.  
c. iii. di. Ad Demostenis astuta  
mūrfice sucursā est cūdā ancille  
que pecuniā: depositi noīc: ea cō  
ditione acceperat: vt ea z nō nū  
simul vtrisq; redderet. Quoram  
alter iteratio tpe: quasi mortuo  
socio s̄q; loore obsitus: ancille dece  
pte nūmoa abstulit. Superuēt  
postea alter: t depositū posceſ ce  
pit. herebat illa misera: pariter t  
pecunie: t deſſectionis penuria:  
lāq; de laqueo t ſupendio cogi  
tabat. Sed oportune ſibi Demo  
ſtenes patronus affuit. Qui vt i  
aduocationē aduenit: mulier in  
quit hec parata eſt: depositi fidē  
ſoluere. S; nū ſociā adduferis  
ſi facere non pōt: qm̄ ut ipse vo  
ciferas: hec dicta eſt lex: ne pecu  
nia vni ſine altero nūteret. Et ſic  
euafit mulier. ¶ De ſcō ſclz ſ  
caruz exaatiōe: ſal p3 Dani. xiiij.  
vbi Daniel. oē ſad iudiciū fuoca  
uit. Hlos teſtes pſutauit: innocentē  
liberauit: datū indiſcuſſe iudiciū  
retractauit: vnde narrat Petr<sup>o</sup>  
Alphonsus in tractatu ſuo de q̄  
dam: qui vocabat refugit pa  
uperū: eo q̄ ſolebat paupereſ ad  
iuare. Cū enim quidā paup: vt  
ibi dī locaſſet domī ſuā cūdā  
vicino diuini. diues cogitās: pa  
perē ſpoliare ſdiolo ſuo: poſuit  
in domo dolia quedā olco plena

qdaz ho ſemiplēa. Tpe elapſo ve  
nit videre illa: t inuenienſo dolia  
ſemiplena: imposuit paupertē cū  
men furti: vt inde poſſet eu3 ſpo  
liare. Cū autē nō reſtaret illi nū  
dominatio. refugit pauper: vo  
cans cū ſeo: ſū: inquirit ſi eſz in  
nocēs a crīmīne imposito. Quo  
iurante: q̄ eſz innocēs rediſt cū  
eo ad iudiciū petiſtoz q̄ dolia il  
la mensurarent. Et ſi tm̄ eſſet de  
ſecib⁹ in dolia ſemiplenis ſicut i  
plenis: ille ſit condēnandus. Si  
vō non eſſet in ſemiplenis nū  
medietas fecis: tē liberādus: qz  
er hoc plantū eēt: q̄ nūq; ſuerat  
plena. Et ſic factū fuit: t paup li  
beratus eſt. Er quo p3 q̄ ſū vals  
provida examinatio in iudicio.  
¶ Similr p3 te tertio. s. de dila  
tione iudicioz. vñ narrat Galeri  
us lib. viij. c. x. q̄ qdaz m̄ ſam  
liaſ virtū t filluz interemit: qz ab  
eis optie indol' filiū ſuene quez  
er pōr viro enixa fuerat p̄periss  
occidiſ. quārē Dolobella pſul ad  
ſe delataz: Elthenas ad Aniopa  
gi cognitionē tāq; ad iudices gra  
uiores exercitatoresq; relegauit.  
qz nec ipſe liberare buab⁹ cedib⁹  
praminata: nec punire eam iusto  
dolore compulſa ſuſtinebat. S; t  
Aniopagite non min⁹ ſapien  
enter inspecta cauſa: t accusato  
rē: t reaz post centū annos ad ſe  
reuerti iuſſerunt: eodem affectu  
moti: quo Dolobella: ſed ille trāſ  
ferendo: h̄i diſſerendo queſtio  
A

# Cōmuniloquii.

B  
nem damnādi et absoluendi in-  
explicabili vetatione mutabant.  
**C**onsimiliter narrat. **A. gelius**  
de dilatatione iudicis differēdi in-  
ter prothagoram vel pīthagoraz  
sīm alio: vt ait **P. doli. li. v. c. xiij.**  
et discipulū eius. Inter quos sunt  
scismā hīmōi. **H**eual' adolescentēs  
vīues: eloquētiē discende gratia  
causaz orandi cupiēs sunt. **D**ic  
in disciplina **P. dictagore** se dedit  
pmittēs pecunia ēstam peteret:  
data medietate anteq̄ ingredere  
tur: daturus aliam: q̄ die primuz  
cām apō iudices perorasset: et vi-  
cisset. **P. dōstea cūz diutī** auditor  
assertoraz **P. dictagore** fuisse: sa-  
cundiamq̄ a studio pmouisset:  
transcurso tempore longiori: cuz  
causantibus patrocinii denega-  
ret: ne doctoris mercedē iplereret:  
habuit consilio: sitē cū eo **P. dicta-**  
**goras** contestatur. **L**ū igitur ad  
iudices inēnde cōstituendeq̄  
cause venisset ḡra: **P. dictagoras**  
sic exorsus est. **D**isce inq̄t stultissi-  
me adolescentēs vīroq̄ id modo fo-  
re: vt reddas qđ peto: sine pro te  
pnunciatiō fuerit sive ē te. **N**am  
si ē te lis erit data: merces mihi  
et sententia debetur: q̄ ego eul-  
cero: **S**i vō p̄ te iudicatiō fuerit:  
merces mihi ex pacto debet: q̄a  
tu vinces. **A**d quem placide he-  
nalius: opto inquit: me ancipiti ca-  
ptioni līsse obuiam: si verba non  
ipse sacerē atq̄ alio patrono vte-  
rer. **S**ed malus in ista victoria p̄

**I**uditū est: cū te non in causa tātuī  
sed in argumento quoq̄ isto cui  
cerō. **D**isce ergo tu magister sap̄  
entissime vīroq̄ modo fore: vīl  
non reddam qđ petis: sive p̄ me  
pnunciatiō fuerit: sive ē me. **N**ā  
si iudices p̄ causa mea censerit:  
nihil tibi ex sententia dabitur: q̄a  
ego euicero. **S**i ē me pnuncia-  
tum fuerit: nihil tibi ex pacto de-  
beo: quia ego nō vinco. **E**t sic ab  
adolescente discipulo: magister  
eloquentie inclitus: suo argumen-  
to p̄futatus est: et captionis vī-  
te et excogitate frustratus. **T**unc  
iudices dubitū hoc, inexplicabile  
esse: qđ vīroq̄ dicebatur ratiōne  
sententia sua: vīrāq̄ in partem  
dicta ipsa se se rescinderet: rez in-  
iudicatam relinquunt: causaz in  
diem longissimum protelantes.  
**M**ec eos terruit phī predicti au-  
ctoritas: cum esset **P. dictagoras**  
magne auctoratis apud phīos:  
sive fuerit **P. rothagoras**: q̄ sicut  
acerrimus sophisticator: put dī-  
cit. **A. gelius li. v. c. i.** **J**uditia. n.  
festinata: penitentiaz sepe parit̄:  
vt patet. **S. de Teodosio.** vnde et  
greci cū vrgent ad sententiā: an  
teq̄ de causa liqueat: respondent  
patres suos solem apud antipo-  
das non vidisse: sed expectasse se  
per donec etiam ipsis oīret. Di-  
cunt etiam: properū esse vītōrē  
qui anteq̄ lucifer oriantur: crassis  
ad huc tenebris: luceq̄ remota:  
dierām agreditur. ait **P. doli. li. v.**

D  
E

vbi. 5.

**C** Lap'm. lliij. De veritate iudi-  
cij: et ordinata indulgentia.

**E** quarto vo scilicet de  
absolutione reorū: et in-  
dulgetia narrat multum

Gale.lib. viij.c.i. Et hoc ex cau-  
sis varijs sicut ibi recitat. vbi ait  
q' quidam intersecte sororis cri-  
miae a rege damnatus a popu-  
lo est in iudicio absolutus. Quo

ruz alterū atrocitas necis mouit:  
alterū cā flexit: quia immaturus  
virginis amorem: sevērē magis  
q' impie punitū estimabat scilicet  
popul'. **C** Similiter narrat ibi  
de quodam qui erat reus homi-  
cidij: pro sentiūl recusans: s' par-  
tuulos flene commēdare cepit. s.  
iudici.

**M** litigata igitur p̄tione:  
qui omnium consensu periturus  
erat: pene nullū triste suffragium  
habuit. **M**isericordia ergo que-  
stionem illam non equitas rexit  
queq' innocentie tribui nequie-  
rat abso'lō: respū puerorū data  
est. **C** Similiter narrat ibi de alio  
accusato: q' graues socijs iniuri-  
as attulisset. Et cū hinc tristes de  
eo ferebantur: repētina vis nim-  
bi incidit. Lunc ille prostratus  
humī: pedes iudicis oscularetur  
et os suum ceno repleretur: totā  
questioñes a severitate ad clemē-  
tiā: et mansuetudinem transstu-  
lit. **C** Similiter narrat de quodaz  
reo et dānato qui cum clamaret:  
se innocentem oppam̄i: et iudec-

respōderet nūhīl sua interesse: no  
centem aut innocentem eum pe-  
nitire: dummodo periret. ob vlo-  
lentiam dicit: ab alijs liberat' ē.

**C** Similiter narrat de quodant  
quem damnabat crimen libidi-  
nis: sed confessio intemperatiē li-  
berauit. Et sic de multo cōsimili-  
bus: put ait ibi. Erant enī p̄-  
niōres ad miserenduz: q' ad cō-  
demnandum: vt patet ex dictis.

**F** Et de his Elugu. xviiij. de c.i.c.x.  
loquens de Ariopago. Ariopa-  
gite inquit curiales illius vrbis  
erant. s. Athenarum: et inde no-  
men habuerunt f'm Harronem  
q' Mars qui dicitur aries: cuz  
homicidij reus haberetur: iudi-  
cantibus duodeciñ dijs in eo pa-  
go: de sex. eorum sententijs libe-  
ratus est: quia vbi paris numeri  
sententie essent preponit absoluo  
damnationi solebat. Si ergo pa-  
gani et gentiles deum ignorantes:  
fidei inexpertes: diuinum iudi-  
cium futurū non precogitantes:  
nec beatitudinē sperantes: fuerūt  
sic in iudiciis diligentes: quales  
esse debet fideles non soluz i su-  
is iudicijs sed i iudicio quod dei  
ē: **I** prouidere ergo debet iuder:  
vt iudicium fiat sufficiens discus-  
sione: vt dictum est. Unde nar-  
rat Elugu. vi. confessio. post me-  
diuz: de Ellipio collega suo: qui  
apud Larthaginem cōprehēsūt  
sui tanq' sur: quia apprehends  
quandam securim quaz sur qdā

bimiserat. Cui comprehenso ob-  
manit quidam notus sibi: et que-  
sunt quid acciderat. Cui cū inti-  
masset factus: duxit eum ad do-  
mū predicti furis: ingrens de se  
curi cui<sup>o</sup> esset a puero statē ante  
hostium. Qui confessim ait. Mo-  
stra ē. Deinde interrogauit: et ape-  
ruit cetera. Et in domū illam: cā  
translata est. Et non arbitror ait  
sibi Elugasti. ob causam aliā deuz  
permisissē: illum capi: nisi vt ille  
vir tantus futurus iam Inciperet  
discere: q̄ non facile in cognoscē-  
dis causis homo ab homine dā-  
nandus esset temeraria creduli-  
tate. Ideo in unū beat<sup>o</sup> Elimbro-  
sius Teodosio: vt an̄ trigesimus  
viēm: nullus dānare ad monez:  
vt hīnū est. S. vñ dñs ait Sene-  
kli. Descendam: et video vtrū  
clamoꝝ qui venit ad me ope cō-  
pleuerint: an nō est ita. vbi dedit  
exemplū indicib<sup>o</sup> exquisite discu-  
tiendi anteq̄ iudicēt. ¶ Itē pro-  
videt debēt et iudicium sit indecli-  
nabili equitate rectū: ne s. peruer-  
tatur affectu carnalitat<sup>o</sup>: metu po-  
testatis: iniitu cupiditas: vel odij  
et malignitas. Judices eiū iudi-  
cauerunt ḥ Alexandru<sup>m</sup> p militi-  
bus vt habitū est. S. vnde narrat  
Elugur: vbi. S. de Ellipio. q̄ eius  
indoles: non solum illecebra cu-  
piditatis temptate est: sed stimu-  
lo timoris: quando assistebat iu-  
dici: et eius consiliarius erat Ro-  
me. ubi cum quidam potentiissi-

mus vellet licere. sibi ex more po-  
tentie quod erat per leges illicitū  
restitu Ellipius: promulgā sibi s̄  
in lūz irrisus aīo fronte mine cal-  
canit. Et licet iudex in cū cāz trās-  
fetter: aſſerēs: se ab eo nō pmit-  
ti: et licet codices conficiendos si-  
bi curaret preciaſ fitoriant: sem-  
per perſtitit: et deliberationē inde  
melius vertit: vtiliorez indicans  
equitatem qua pblibebat: q̄ po-  
testatē q̄ſinebat. Sic eim dñs p-  
cipiū. Exo. xxiiij. Nec in iudicio:  
ploruz acquiesces sententijs: vt  
avero deuiles. Et bīdē. Nō de-  
clinabis in indicū pauperio. Le-  
vit. xix. Nō iniuste indicabis. Et  
post. Noli facere iniiquū: aliquid ē  
indiclo ſcilicet i numero: pōdere  
et mensura. ¶ Itē iudices. puidi-  
re debent: vt iudicium iusto aīo:  
et recto ordine exequant: et etiam  
recta intentione: nō ex ira aut cru-  
delitate: ſed intentione iustitie cō-  
ſeruande. Qd enim iustū est: iu-  
ſte exequaris: ait dñs. Dent. xvi.  
vñ. iiii. dñs. c. xxxv. narrat. De q̄  
dam: q̄ vidit Petru<sup>m</sup> maiorē ec-  
clesian locis tēterrīmis: magno  
ferri pondere ligatu<sup>m</sup> et deſſum  
Elquo cū q̄rereb<sup>m</sup>: cur hoc eēt: di-  
ctū est: q̄ hoc patiebat: q̄ si qd  
ei pro inferenda vltione videbat  
ad inferendas plagas plus ex cru-  
delitatis desiderio q̄ ex obediē-  
tia ſeniebat. Sōme enim cauen-  
dit est iudici ab ira et crudelitate  
Sap. xxxiiij. Lū tranquilitate iu-

O **C**lica. **I**ra eim virtus iustitia del no  
dipat. **J**aco. i. vñ narrat **S**en. de  
quodam iudice tyranno: q ex ira  
dānauit tres milites innocentes.  
vnū: qz fidierat a via sine suo cō  
militone: iponens ei: q illū inter  
fecerat. precepitq alteri militi ve  
tū ducere ad suppliciū. **Q**ui cū  
cēcedūt: venit cōmilitio socius  
eius. **Q**uem vidēs **L**enturio cui  
erat precepitq altū occidere redu  
xit abos ad iudicē. **Q**uos vidēs  
iudex iratus dixit primo. **E**t in  
beo interfici: qz damnat' es. **E**t  
te similiter aut alteri: quia cā dam  
nationis cōmilitiō es. **T**ertio di  
xit. **E**t quoq in beo occidi: qz ins  
sus illū occidere: impator nō pa  
rūisti. vñ **S**en. **O** qz solers ē ira  
cūdia ad singēdos furores. **T**rel  
poniti suntob vnius innocentiam  
**E**xco gitauit iste: quē ad modum  
tria criminā faceret: q nullū iue  
nerat. hz elm iracūdia hoc mali.  
Non vult regi: iraself ipsi vitati  
si hz voldātatem suam apparuerit  
**E**t de hoc **I**sido. li. lli. de sū. bo  
no. c. lv. vi. **J**udex iracūdus: iudi  
cij examē intueri nō valet: qz cal  
ligine furoris cecatuſ nō vident.  
**Q** **I**te puidere dī iudex: vt iudi  
cij sit liberalitate gratuitū: nō ve  
nale v'l vēditū ait **A**ugusti. ep̄sa.  
xxv. añ fi. **N**ō iō iudex dī ven  
dere iustū iudicūt: v'l testis vētu  
testimonij: qz aduocat' vēdit iu  
stū patrocinij: t lūrisperit' vētu  
dīliū. **I**le eim inter v̄strāq pte

**R** **E**xamis ad h̄ibet. **I**lli vō ex vna  
pte p̄sistunt. **L**ū autē iudicia t te  
stimonij q nec iusta nec vera vē  
denda sunt inīq v̄ falsa vēdūtū;  
multo scelerius v̄tq pecunia su  
mitur: qz scelerate etiā a vōlētib  
datur. **I**lle tñ solet tāch male sibi  
ablatā pecunia repetere: q iustus  
iudicij emitt. **Q**ui vō p̄ iniquo  
iudicio dedit: veller qdē repetere  
nisi puderet vel timeret. emisse  
hec **A**uguſtū. **E**t idē. xxiiij. q. v. **Z**a  
li eiz vēditionenishil inordinati  
qz iustitiam vendere: iniquitas ē  
iustitiam vō: rabiosa insanis  
**P**rettere: talis vēdit iustitiam quā  
nō habet. **I**n alijs autē ūribus:  
res vendita alienatur a vēdito re  
t transit ad emptorē. **S**in hoc  
**S**icut nullā iustitiam hz venditor  
z sorte effecit iustitie transeat ad  
emptorē. vnde talis vēitatē ipaz  
inhonorat t vilificat: qz eā que ē  
imperialis exponit p̄ precio. vñ  
dictis ipsuz peruerit. puer. xxiiij.  
**Q**ui cognoscit in iudicio faciem.  
non benefacit. **I**ste p̄ bucella pa  
nis deserit vēritatē. **Q**uibasdant  
eim iustitia viliis ē precariate pe  
cunie: ait **A**ug. v. p̄fes. **M**il so: di  
diua nū turpi: nū iniquitati vē  
ditione. **A**pud antiq̄s eim oē qd  
ex debito officij ē: gratuitū eē oī.  
**Q**d si sit ad p̄ciū: in lōrdibus cō  
putatur. ait **P**oli. li. v. c. xi. **P**re  
terea iudex ē famulis iustitie: q ē  
regina v̄tū. **J**udex ergo q vē  
dit dñaz suā t reginā: vel p̄sumit  
f 4

# Comuniloquii.

ol precio valentiorē: sicut p̄ditor  
male perire dī. vt enī ait P̄oli.  
vbi. s. h̄cius nō dī tm̄ pecūia: s̄  
obsequiū t̄ oē manus: p̄ut diceſ  
j. Talis ergo sicut seruus infidel  
bñam cui ex fide famulari tenet:  
quasi in foro distrahit. Johel. iij.  
puellā v̄dideſt. v̄ vino: vt bibe  
rē scilic̄ iustit̄a incorrupta t̄ sin  
cerā. Hec solū v̄ditor ē iniquus  
sed etiam emp̄or: vt de illis ver  
ficeſ illud Ezech. vij. Qui em̄it n̄  
letetur emp̄or eim talis scienter  
z ex intentione puerū iudicē cor  
rūpit. Sic Balach corrupti Ba  
laaz munerib̄: z excecauit: Au  
meri. xxij. Et de hoc bñ Isido.  
ij. de sū. bono. c. lvij. Null⁹ pre  
do tam cupidus in alienis: q̄ in  
dex iniquus in suis. Latrōes in  
latebroſis fauicb̄ iſidias ponunt  
isti, palam: rapacitatis auaritia  
seuunt. Sequitur. Lorū figura

V ut ait qdā tanq̄ ſilla pingit z de  
ſcribit. Ipsi quidē eſt h̄uana ſpe  
cie: ſed capiſbus caninis accin  
eta z circuſata. Ut Petronius  
Quid faciūt leges vbi ſola pecu  
nia regnat. Aut vbi paupertas vi  
cere nulla pōt? Nam n̄t̄ iudicū  
nūl ē: niſi publica merces. Ideo  
iudices ſacramento alligati legi  
bus iurati q̄ oīo iudicūt cuī veri  
tate: z legū obſeruatiōe diſponēt  
Ipsiq̄ ure cautum eſt: vt ſacro  
nū enāgelioz ſcripture terribiles  
an̄ ſed ī judicialē ponant: Ibiq̄  
a principio littū vſq̄ in fine per

maneante. nec amoueant: niſi ſen  
tentia recitata: quo ton⁹ p̄fitorū  
latitudi: ipsius dei repleta p̄tia  
omnib⁹ metū incutiat: z ad ſacred  
ſanctas ſcripturas reverētam: z  
ab inquisiſione veritatis oīs iniq  
tas ppulse. ur: omnis quoq̄ car  
nis z ſanguinis religio iudictaria  
ppellat affectus: euacuans ira: z  
odium: metu: z amicitiam. vt  
enī ait Juli⁹ Cesar. Facile ani  
mus verū vider: vbi iſta d̄ſcretū.  
put dicit P̄oli. ii. v. c. xij. Et de  
iuramento iudicis Tull⁹ de offi  
li. iij. c. xi. di. q̄ neq̄ ū républicaz  
neq̄ ū iuſiurandū ac fidez. ami  
ci ca: vir bonus faciet. Id vt ait  
ibidem. preclarū a malib⁹ acce  
ptimus moře rogandi iudices: ſi  
cum moře tenerem⁹ que ſalua ſi  
de faceſt poſſit. hec rogaſio: ad ea  
p̄tinet: que paulo ante dixi hone  
ſta amico: a iudice poſſe cōcedi.  
Nam ſi omnia facienda ſit que  
amici volūt: nō amicitie tales ſz  
piurationes putande ſunt. vnde  
ad deſcribendū q̄lis debet eēiu  
dex inducit. A. gelī. li. v. de yma  
gine iuſtitie. Crisippus inquit oī  
z oculos iuſtitie vultūq̄ ſeu eris  
ac veſerandis v̄borū coloribus  
depinxit. Sequit. forma v̄gina  
li: aspectu veſhemēti z formidali:  
luminib⁹ oculoz acerbis: nec hu  
milib⁹: nec atrocis ſed reverēde  
cuiaſdā iuſtitie dignitate. Ex hu  
iis ymaginis ſignificatione: in  
telligi volunt: iudicē qui iuſtitie

**A** antistes est: oportere esse grauez  
sine seuerum: incorruptz: inadu-  
labile. i. cui adulari non possit: &  
improbos inuicerordē atq; in-  
exorabilem: electumq; & arduuz  
ac potentem vi & malestate equi-  
tatis veritatissq; terrificū. **C** De  
instructione vero indicum. iij. q.  
q. i. p. totū. & cā. lxxxij. **C** De pena q  
q; mali iudicis narrat Hale. lib.  
vi. c. iij. di. q. Lambilles rer: ma-  
liciū sida iudicis e co: pe pellel  
detractā: selle iudicarie intēdit: &  
in ea filium eius iudicaturū con-  
sedere fecit. Leterū: rex barbar⁹  
atroc ac noua pena iudicis: ne  
quis postea iudex corrumpi possit  
**B** pronidit. Solerter enī puidere  
debz iudex ne perueriat iudicū  
dei ut eternast nō puniat. ex quo  
tali pena punituit rex barbarus  
iudicez iniquum.

**C** Quinta distinctio de informa-  
tione aduocatorum. Capitulum  
primum. Qualis debet esse: & a qui  
bus cauere:

**D** Onsequenter admonen-  
di sunt oratores: siue ad-  
uocati: vel legiste: q; rēdi-  
cant sibi officium & locū legipie  
in republica. prouinciant enim  
cas expediēdas p reipublice vi-  
litate sicut lingua enūciat corpo-  
ris utilitates & necessitates. Est  
enī propriū oratoris: aperte disti-  
cte: & omne dicere. ait Tuli. i. de  
offi. & h̄i sunt informādi: vt vīlāt

scia sua & eloquentia ad reipubli-  
ce salutem nō ad pernitie: ait ibi  
dem. libro tertio. c. xvij. dicēs. q;  
inhumanum est eloquentiam ad  
homīnū salutem & p̄seruationē  
datā ad bonoz pestem: pernitie-  
q; conuertere. Eleruntamē: vt  
hoc fugiendum est: ita est religio  
ni horrendū innocentem aliquē  
impugnare. sicut aliquē nepharl  
um impiūm defēdere. Ex his  
patet q; tales cauere debet. ne ip-  
sam veritatē: vel eius causas op-  
primant: & destruant. ne inoccen-  
tes & iustos impugnent & dñiſi-  
cent: ne falsitatem: & eius falaces  
causas defendandas assumant: &  
ne impiūs verisimiliſ rationib⁹  
iustificet. Qui enī iustificat ipius  
& dñiſat iustū: ab homiabiliſ vīler  
q; an deum. puer. xvij. Talia enī  
consuenerunt perpetraf predicti  
in foro litigiosis: ait 2lug. iiij. cō-  
fessionū p⁹ principium: loquens  
de seipso. placuit inquit mihi sub-  
trahere bñficiū lingue mee nū  
diniſ laq;itatis: ne vīcīus pue-  
ri mendicantes: nō legē tūaz: nō  
pacem tūa: sed insantas menda-  
ces: & bella forēia mercarenſ ex  
ore meo: arma furorū suo. Sic  
est de talibus qui predicta faciunt  
Licit enī iura sint iusta & leges  
recte: ea tñ conuertere ad virtutē  
oppressionē: & falsitatis p̄motio-  
nem: ē eis abuti. Quod multi fa-  
ciunt: & vt magis hoc facere pos-  
sint: dilatant philaſteria ſua: & me-

**D****E**

# Comuniloquii.

gnificant simbolas tam omnia  
vestium: q̄ pompa gestum: et ar-  
rogantia verborum. prius legit in  
quadam tragedia: de quodā qui  
vidit infernū: et videns ibi turbaz  
aduocatorū: dicit. **H**en venale  
genus hominū: accedite: et me-  
cum in hoc vase balneamini: su-  
perest tñ adhuc locus. Sed no-  
bilis animus dignata: querere  
honorē ab exterioribus ornamenti-  
bus. ait **P**oli. li. viij. c. xlii. de De-  
mostene: qui ante q̄ virtus elogi-  
eius innouisset: cult⁹ copiosioris  
dicit accepisse nitore: sciens q̄ pur-  
pura causidicū vendit. Et post  
q̄ noticiam et famā assecutus est  
eloquentie toga contentus est. di-  
cens. velle: sibi a se potius q̄ a mi-  
tore vestum: aut cultu exquisito  
constare gloriam. **S**is Arisipā  
decuit color: et stans: et res. Qui  
libet idur⁹: celeberrima per loca  
vadit: quez cum proprius attulit  
honor: vilitas nō dep:mit. Emē-  
dicatus laudis vt esse suffragia  
qđ ab extrinsecis pendet. **D**rose-  
cio vnius egregie virtutis titulo  
quisq̄ magis clarescit: q̄ splendi-  
dissimo luxurie instrumento: et  
oi-  
lenocinto vanitatis. **C**ū ergo vir-  
tus omnis ase polleat: iusticia cla-  
rins enitescit. vir ergo sapiens: et  
virtuosus. dignari debet ostendere  
se exterioribus ornamenti-  
bus: et sic quasi vendere se. Et nō solū  
et se aliquā tales vendunt: vel suū  
patronū: sed quod miserabili-

us est vendūt suū silentū. Et cū  
silentium sit priuatio locutionis  
venales exponunt ipsas priuatio-  
nes. Et sic que nullius sunt preci-  
sunt venalia apud eos: prout nar-  
rat de Demostene. Qui cū Ari-  
stidum auctorem fabularum in-  
terrogasset. q̄tī mercedis in eaꝝ  
acepisset: et ille respondisset: mil-  
le nūmos: plus inquit Demoste-  
nes accepi ego: vt tacerem. **P**la-  
num igit̄ est: tales esse miserabi-  
les venditores. qui non solū se et  
sua vendunt: sed etiā pannationes  
vt victum est. Et lingua talis ve-  
ditoris est multum dānifica re-  
publice. ait **P**oli. li. v. c. ix. Lau-  
sidicorum sigdē lingua est dānifi-  
ca: n̄ h̄l tam vt dici solet sunib⁹  
argenteis vincias. Et nō solum  
causas vendunt: sed etiā protra-  
hunt: vt plus lucrent: et veritatem  
excludunt: vel qđ nequitas est in-  
terimunt: et hoc vt fiat peruersus  
iudicium: vt de illis verificetur.  
**I**llud. **I**saï. lir. Convexus est re-  
trorsum iudicium: et iustitia lon-  
ge stent: q̄ corruit in plateis veri-  
tas et equitas non potuit ingredi-  
re. Tot enī repugna fallaturū: tot  
obstacula astutiarū inducunt  
q̄ non h̄t veritas ingressum: et  
quod grauius est: cā falsitatibus  
interimunt: et propinant aliquā vi-  
num erroris. **E**st Elug. primo cō-  
fessionū an. fi. loquens de poena  
Non actus sed verba quasi va-  
sa electa: sed vala erroris: vim ut

quod in eis opinatur ab illis do-  
ctoribus. Id est sermonum. Quid  
valet inquit eloquentia paganis:  
que tanquam pocula preciosa morti  
seros promat errores: et facit lingua  
quam frameam et gladii bis acutum?  
Potest enim vici de talibus:  
lingua eorum gladius acutus? Sed  
sciant tales: quod tenent ad restitu-  
tionem osum que sunt lucratii intu-  
ste: At Ang. ep. lxxvi. loquens  
de zacheo qui ait Luc. xix. c. Si  
quid aliquem defraudauit reddo  
quadruplum. Veritatem ait Ang.  
Si iustitia sincerius consulat  
iuste de aduocato: redde quod acce-  
pisti quoniam contra veritatem fecisti:  
iniquitatis astitisti iudice fefelleristi:  
causam iniustam oppresisti: de falsi-  
tate viciisti: quod videlicet multos ho-  
nestissimos et discretissimos vi-  
ros non solum impune: sed etiam  
gloriosè videri sibi committere. Et  
sbi huius de hoc. Et non solum tenet  
ad restitutionem omnium que ac-  
cepit: sed etiam eorum que per iniustam  
aduocationem eius iuste amisse-  
runt. Enim ibi Ang. Quis tandem  
aduocatus facile reperitur: qui dicat  
susceptio suo: recipe quod miseri cura  
male adesse dedisti: et redde ad  
versario tuo: quod me inique agen-  
te abstulisti: Ipsi sicut restitu-  
endum est alienum: quod furtum clá-  
culo effert: et restituendum non est  
quod in ipso foro ubi peccata pu-  
niantur: deceptio iudicetur: et circuuen-  
ti legibus obtinet. Quasi. dicitur. Si

Iud est restituendum iusto: ma-  
gis istud.

**C**apitulum secundum. De infor-  
matione actorum in iudicio.

**T**non solum aduocat:  
est admonitus his mo-  
dis. sed etiam omnis actor  
in iudicio. ne. I. cum lite et iurgio  
petat sua: nec querat aliena: nec  
per falsitates procedat: nec causa  
iniustam aduocatis committatur:  
dicem non corrumptat: nec pau-  
periorem opprimat: quod si lucrum  
huius modis sic lucratum sit in archa  
dani non erit in conscientia. **A**nde  
Tul. iij. d. offi. c. viii. Si vir bonus  
ingreditur hanc vizum: ut si digitis eodem  
crepuerit. scilicet per digitorumque percussio-  
nes sicut fuit mos apud antiquos  
possit in testamento nomen suum  
locupletum irrepere. I. fieri heres:  
hac enim non viras. Et sequitur quare  
stelligat et nihil expedire aut utile  
esse quod est iniustum. **H**oc  
qui non didicerit: bonus vir et  
non poterit ubi ponit exempla de il-  
lis qui supplantaverunt alios iniusti.  
**S**equitur. c. xix. **L**adit ne in viris  
bonum emolumenti sui causa  
aliquid preteripere. scilicet alicui sua tolle-  
re. **N**ihil prosector minus est ergo  
illa res tanti. aut comodum illam  
expetendus. ut boni viri no-  
men amittantur. **Q**uasi dicat. non  
Et reddit rationem: quia virtus iste  
non potest tam afferre quantum auferre.  
Si viri boni nomen erripuit  
fidem et iniustam detraxerit. Et de-

# Cōmuniloquii.

**Q** hoc exemplum.ij. Reg.xxi. de Achab habet. q per falsū testimoniū et iudicium ad suggestiones Mieçabelis eripuit vineam Ma both. Ideo dicit ei. Occidisti et pos sedisti. Sequitur in loco in quo lin gerunt canes sanguinē Maboth lambent sanguines tuū. Larves vero Mieçabel et. Similiter Elman q voluit oppalmere iudeos et dā nare damnatus et suspensus est.

**C** Lapim. tertium. De informa tione testium.

Onsimiliter testis in su dicio: est admonendus: ne testiōlūm perhibeat falsitati. neq; alijs noceat: sicut p̄cipit dñs Exo.xix. Non falso testiōlūz dices. Enī Isido.ij. de sumo bono. c.lir. Testis falsidic⁹ tribus est obnorins. Deo quem contēnit: iudic⁹ quem decipit. in nocenti quem ledit. Et Aug. ser mone de plagis. Plaga inquit octaua est de locustis: q; locusta ait noxiū significat falso te stem.

Quid enī vult nisi morde re nocendo: et consumere mentiē do. Jo Apo.āmonet: ne nos fali sis criminibus opprimam⁹. Si mordetis inquit ad iūicem: et co meditis: videte ne cōsumamini Gal. vij. Tales enī veritatē interi mūt: et sic ipsum xp̄m q veritas est. Unde et contra ipsū insurrexerunt Math. xxvi. Enī Ambro sermone de passione. Christ⁹ est veritas: pax: iustitia. Quia relin

quāt pro falsitate veritatem. p̄f tio tpali iustitiam odiunt: et scindunt pacē. et xp̄m occidunt. Ideo merito falso testis non erit im punit⁹. puer. xix. Et. xxxi. Testis mendax peribit. Debet enī reddi ei. sicut cogitauit facere fratri suo Enī legit in ecclesiastica historiā li. vi. c. ix. q; tres testes falsi insur rexerunt cōtra narcissū xp̄m hie rosolimitanū confirmantes sub sacramento. Quoniam primus su rauit ita esse: cōfirmans: vt si ita non esset: igne consumeret. Eli⁹ dixit ita esse: qd si ita nō eēt: mor bo regio corrumperet. Tertius dixit ita esse: qd si ita nō esset: lumi nibus orbaret. Sanct⁹ vō: cui⁹ vīta et pudicitia ab oībus nosce bat: ētis plurimis in desertis de liteſcit: sed oculus dñe iustitiae nō gescit. et impios vītione mollitur. Enī prim⁹: a parna scintilla ignis domo succensa. cum os familia sua et pecore conflagravit. Secū dus: a pedibus vlos ad uerticem morbo regio quē fuerat impreca tus repletus consumit. Terti⁹ vi dens eorum exitū: nec se posse la tere dīno oculo: cunctis audiē tibus sera p̄nia totum sceleris or dinem pandit. et in lacrimas pro rumpens: luminibus est orbata⁹. Et Narcissus quasi e celo rediui uns ex impriso rediit: et multo magis ad eum amor populoz excrevit. Scīo igit multum isti p suerunt: et sibi cōsusibiliter nocue

S

V runt. Ille enī cui falsa in iudicio  
opponunt licet sit innocēs patien-  
ter sustineat: et absq; falsitate ino-  
centiam suam ostendat: exēplo  
Josephi: qui inōcens in lacū mis-  
sus est Gen. xl. et exemplo Susā  
ne. Dan. iiiij. et exemplo beati Ste-  
phani act. viij. et exēplo Iesu r̄bi.  
qui quasi agnus duxius est ad vi-  
cūmā. Ath. xxvij. Tales enī  
deus defendit et aliquid in presenti  
vel si pmittit puniri: hoc facit ad  
cumulum meriti et premij. Unde  
narrat Dier. epistola: cxxvij. de  
quadaz muliere sancta leptis p-  
cussa: cui imponebat crīmē adul-  
terij. et viro confitente qui diceba-  
tur adulter: vt mortis compēdīo  
longos euaderet cruciatus: ait il-  
la. Testis est mihi deus: nō ideo  
me id negare ne pereā: s; tō mē-  
tiri nolle: ne pecces. Et ad primū  
lctū spiculatoris caput viri absclū  
est. Et cu ad illam venisset. hmo  
lēu rasura modica sanguinē emi-  
fit: secūdo fibula aurī: et collo ex-  
cussū. tertio in ferientem gladius  
est reflexus: et se ferire non pos-  
se confitit. Alius percussor eligit  
et semel percussa cōcutit: secūdo  
percussa quassat: tertio vulnera-  
ta prosternitur: quarto p cussa vi-  
sa est mori. et ducia a clericis re-  
vicit. vi. Dominus mihi adiutor  
te. Et licet postea scirent leges:  
nihilominus redditā est liberta-  
ti. Evidens igit̄ est m̄ja dei in p-  
tectione: et liberatione innocentis

Si bō sit reus his cui imponitur  
crimen in iudicio: in iurando ē  
vt non peccata augeat vel cumu-  
let: se purgando per mediatia et p-  
tūria: ac per compurgatorū falsa  
testimonia. Sed dignū se penitē-  
tis et opprobrijs intelligat. culpas su-  
as et reatus agnoscat: et veraciter  
peniteat. exēplo filiorum Jacob  
dicentū Gen. xl. Et herito: si pa-  
timur tc. Item instruendus est:  
vt pena vel mortem patiēter pro  
pnia sustineat: et q; melius ē sibi  
vitam finire in pnia q; vivere in  
malitia recognoscat: suppliciē dei  
misericordiam implorer: et fidē  
ter in salvatorem speret. exemplo  
latronis Luc. xxij. Nos gdem  
digna factis recipimus. Segnū.  
Ehementio mei dñe tc.

¶ Capitum quartū. De informa-  
tione actorum in causis.

Item instruēdi sunt acto-  
res qui agunt contra re-  
os ne cogā eos ad pī-  
randū: ne incurvant delictum.  
Unde Augustinus i sermone de  
decollatione Beati Johannis  
Ille inquit qui hominem prouo-  
cat ad iuratiōem: quem sit falsū  
iuratiō: vincit homicidā. Quia  
homicida corp⁹ occidit: iste ani-  
mam. Imo duas animas. ei⁹ que  
iurare prouocat: et suam. Et nar-  
rat ibi de quodam q; aliū prouo-  
canerat ad iurandum: q; nocte i  
visione adductus est ad iudicem  
excelsum et admirabilem. A quo

# Cōmunilōquii.

B Interrogatis quare prouocauerat hoicem ad periturationem: r̄n dit. Quia negauit mihi rem meam. Lui iudex. Nonne melius est rem tuam perdere q̄ aliam illi falsa iuratione periret: Et ille p̄ stratus iussus est cedi. Et iā grātiter celus est: q̄ in dorso euiglātis: plagarum vestigia apparebant: dictūq; est ei. Laue de cetero ne sic facias. Cuz magna enī compassione debet fidelis agere contra tales: dolens plus de damnitate aiarum q̄ rerum. Unde Greg. mor. xxxi. sup. Job. xxix. frustra laboravit: nullotimor co gente: Multus inquit raptoribus ipsis debemus metuere q̄ reb⁹ irrationalibus defendendis in hiare. Et ibidem. Profect⁹ xp̄ianus quomodo d̄ res suas iurgādo defendere: quas precipit nō possideſ: Et post. Si charitatis viscerā erga raptorem xp̄ianū non habemus nos ipsos plus raptore perseguimur. gratiūq; nos q̄ alter poterat deuastamus: q; dilectionis bonū sponte deserentes: a nobis ipsis intus est quod amittimus: qui ab alio solum extirpā perdebamus. Unde. i. corin. vi. Nam quidem oīno delictum est in vobis: q; iudicia habentis inter vos. Quare non magis fraudem patimini? Si ergo iudicia litigiosa et iurgiosa in rebus repetēdis Apo⁹ reprehendit: multo magis quādo hanc actiones in iudicis

clis absq; charitate vñq; ad damnationē mortis. Iō sancti dabat etiā res latronib; ne furando peccarent. Unde narrat Grego. Dial. i. de Mortulano: qui precepit serpenti: vt custodiret aditum hosti. Et cū fur esset intra detent⁹ veniens ille ait. Cur tociens in labore monachorum furtum facere presumplisti: t solvēs pedes eius ait illi cum magna dulcedie Amplius non facias furtū: sed eis necesse habes: huc ad me ingredere t que cū peccato laboras tollere: ego tibi deuotissim⁹ dabo. Et ne ille animam perderet furando: dabant ei gratis de labore proprio.

C Caplīm. quintū. De informacione accusantium.

D E quia in his iudicijs accusatores falsi mīta malitia faciūtō fideles instruendi sunt: ne falso alios accusent vel falsa fingendo: vel faciat agravando: siue augmentando. Et enim ait Tull. iii. de offi. c. xvij. Duri homines vel potius non homines ē. periculum capitū multis inferre. id pericolosum est t sordidū ad famā: vt accusator nominetur. Se quis. hoc preceptum officij diligenter tenendū est: vt nunquam innocentē iudicio capitū accersias. Unde de filijs accusatorib; v̄enient illud hiere. ix. Extenderunt lingua suā quasi arcu mendacij t non veritatis. Sequit⁹. Sagina

G vulnerano lingua eorum. Sicut  
enī sagitta vulnerat subito: et cū  
quis non luspicat: sic lingua falsi  
accusatoris sepe ledit innocentēs  
ex insperato. Et talis arcus ē ma-  
sedictus: qā emittit sagittas false  
accusationis vsq ad existētes in  
paribus remotis. Jo separādus  
est falsus accusator a populo: ne  
multos ledat sicut canis rabio-  
sus: ne hoīe mordeat. Id hīl. iij.  
videte canes. Glosa. natura ca-  
num est: vt non latrēt ad eos cū  
quib⁹ habent consuetudinē. S3  
isti etiā notos mordet frequenti⁹  
et vicinos. Jo de quolibet tali vī-  
sic de capite suo Sathana Apo.  
xv. Id roiectus est accusator fra-  
trum: et non peccatorum: q: inno-  
centes accusat.

H C Capitulum sextu3. De informa-  
tione intercessorum.

I E quoniā in iudicio: qua-  
tuor sunt persone necel-  
larie. s. accusatoris: defē-  
soris: intercessoris et iudicio: put-  
dicit Flugu. ep̄la. xxv. ad Es-  
cēdoniū: non soluz predicti sunt  
instruendi in iudicio: vt visu3 est  
sed etiā intercessori: vt modo debi-  
to intercedat: inductus pietate et  
misericordia: non vt faucat petis  
vel criminibus: pur diabi Flug.  
rūdens obiectioni Esacēdonij  
obiciētis. qid ip̄probam⁹ qd ipu-  
nitū cēvolū⁹. Et sic vī: iercer-  
sorē approbare reū. p q̄ interce-  
dit. Lui Flug. respondit. qnullo

Mō culpas quas corrigi volum⁹  
approbam⁹: nec qd perpetram  
cōmitū volum⁹ esse impunitū  
qua placeat: sed hominū mi-  
serentes: facinus siue flagitium  
derestaniur. Quo enim magis  
displacet vitium: eo minus volu-  
mus inemendatum interire vi-  
tiosum. Sequitur. Ad hanc pe-  
nitentiā adduci volum⁹ pro  
quibus interuenimus: non eoz  
peccatiō parecm⁹ vel sanem⁹.  
Ne ergo inemendati intereant:  
sed vt veraciter peniteant: iusti i-  
tercedunt iudices p reis. et post:  
defensor⁹ ab intercessore plurim⁹  
distat. Nam ille dñuendis vel ob-  
tegendis criminib⁹ maxic inten-  
dit. Intercessor⁹ dñ: cū d culpa cō-  
stat: pro pena temperanda: aut re-  
mouēda curazgerit. Hī: domin⁹  
apud oēs intercessor⁹: ne lapidaret  
adultera. Jo. viii. Esalis ergo  
parce vir bone: q̄stoq melior: tā-  
to est misio: q̄sto celsior potesta-  
te: tanto humilior fieri pietate: vt  
eni ait ibi Flug. Iusti est interce-  
dere recta intentiō: iudicis autē  
est iudicare iusto ordine et mo-  
dus rogandi iudicem est: vt faci  
at quod salua fide facere potest.  
Iudicis enī est: sen: per in causis  
verū sequi: patroni aut nō nun-  
q̄ verissimile. Est Lul. li. iiij. de of-  
fi. c. xvj.

N C Secta distinctio. De informa-  
tione senatus et consilium. Cap-  
tulum primum. de eoz istitutiōe

# Cōmuniloquii.

Rehabilitis occasionib⁹

p informandi iudices: qui sunt ad modum oculoꝝ in republica: necnon et informātī personas alias illis assistentes sequit̄ de modis informandi se natū.i.collectionem consiliario rum. Qui quidem senatus obtinet locū cordis in republica sūm plurarcum. Senat⁹ enī nomen ē officij dictum a senectute: q vel fundauit vel auct̄ romam: vt ait papias. H̄i a Romulo electi sūt q ob etatē: senatores: ob similitudinem cure: patres vicii sunt. Et senatus officiū est: cōsilio cōsideratiū iuware: ait P̄ ap. Et de hoc in principio historic⁹ Romanoꝝ dī. q̄ Romulus condita ciuitate quā ex noīe suo Romaꝝ vocauit: centū ex senioribus elegit. q̄ rum consilio oīa ageret: quos senatores propter senectutē: patres ob cure similitudinē noīauit. Si misliter apud Athēnas fuit Ario pagus: in quo sapientes erāt cōsules sive curiales urbis Athēniensium de quibus Tull. xviii. de cī.c.r. dī. q̄ Ariopagis et Ariopagitas constituit Solon. Unde Tull. i. de offi. c. xxiiii. Cum iusti Athēnienses Ariopagū vicebat eo qd̄ in illis totū populi virt⁹ cōsisteret. Et cū ab eis preclara plū rima innuenta sint: nihil salubrū nihil gloriōsissimū constitutū est q̄ senatus. Et enī legit̄ in vita beati Dionisij: sibi exercebant iudicia:

t̄ docebant foras: ingenisq̄ sibi oīis soletia. Quid enim nobilis cēn senātū? Aut. P̄ oī. li. v. c. ix. q̄ emēriti a vulgarib⁹ officijs: ad consiliū et regimēnis officium transeūt: et in marcido corpore exēunt mētis vires: eo sapientie magis apti negotijs: quo i corporis exercitiis mis̄sus p̄nt. Eorum namq̄ tantus honor extulit apud grecos: vt reipublice duces nuncq̄ procederent nec egregiū aliquid agerent quod in statu senes non induce rent: aut nō approbarent. Et qd̄ magis est: ab initio urbis cōdite nomina eorū aureis līris sunt cōscripta: Ipsi quoq̄ patres conscripti ab oībus appellati: qui alios sapie etate et affectu paterno precedebant. Nenes istos: consilio rum auctoritas erat: et omnīa publice gerendōrum. Hec ille. et de eorum ancē Tulli. vbi. s. dicit q̄ etiā bellum Athēniensium gestum est consilio senatus q̄ a Solone erat constitut⁹: Parva inq̄ sunt arma foris nisi consiliū sit domi. Multo magis alia gerenda sūt consilio sapientū institutorū in re publica. Et merito: Senat⁹. i. collectio talium cordi comparat: quia sicut a corde in corpore naturali est vita vigor: et regimē et origo: sic a talibus in republica propositionaliter dicta. vt vere dicāt rei publice puer. iiiij. omni custodia serua cor tuū: qm̄ ab ipso vita procedit. s. ad agendum et mouendū.

E Caplin

**C**aplin.ii. Qd Consiliariis debent esse instituta vite pbati.

Et standū ergo: qles esse

**T** n. debent consiliarij. Debet enim esse vita sancti: et p  
battisit Ambro .iiij. de offi. di. q  
in acqrendis cōsilijs plūmū ad  
fusgit vite pbitas: vtutum pre  
rogativa: benivolentie viss: faci  
litatis gfa. Et ponit exēpla. Quis in ceno fonte3 qrat? Quis in aq  
turbida pottī petat? vbi luxuria:  
vbi intemperātia: et vittioz cōsu  
fio: quis non horrendū estimet?  
Quis non despiceret mox collu  
tionē? Quis vtile alienē cāc iu  
dicet: quē videt inutilez esse sue?  
Hec ille. Ex quib⁹ patet: qles ec  
debet consules sine consiliarij. s.  
a vittis i maculati: vtib⁹ prediti  
morib⁹ pbatis experientia idustrij.  
Tū ibi Ambro. prestantior inqt  
est a q̄ p̄siliū petitur q̄ qui petit.  
Et sequit: qualis esse debet cōsi  
liarius scilicet vt exemplo et vsu  
patior sit: pericula p̄ntia soluat:  
imminentia denūctet: et expeditat:  
ac remedia ferat: et paratus sit n  
trū ad soluendū: sed ad subueniē  
dū. Et q̄r raro: tales inueniuntur.  
Ideo Ecc. vi. dī. Cōsiliari⁹ tibi sit  
vnus de mille. Id antiqui senes  
eligeabant consiliarios vt dictū ē.  
**C**aplin.iiij. Qd Cōsiliarij de  
bent esse veridici.

Item consiliarij debet eē  
veritate preditti: sive veri  
dici: vt in veritate p̄solat

ex qbus sūt consiliarii: vel cōsa  
les sine sit princeps: siue ciuitas  
vel respublica. Non ad placitū  
eoꝝ qd⁹ cōsultū: sed fm rei ve  
ritatē: ali Señ. vi. de bñfi.c.xxc  
.iiij. Dic illis qui volūt audire ple  
nas aures adulatioňib⁹. Aliqñ  
vox vera intrei. Da p̄siliuz vtile.  
Queris qd felici poterit efficeſ? Mec  
felicitati sue credat. vt enim  
legitur in tractatu q dī: moralū  
dogma p̄boꝝ: falsi amici: p cōsi  
lio adulatioňē afferāt: et vna eoꝝ  
est cōtentio: q̄s blādissime fallat  
vñ Juvenalis. Nihil est qd cre  
dere de se. Non possit: cū laudat  
dīs equa potestas. Et sequit exē  
pla adulantiū blande fallentiū  
Xerxes dux medoꝝ: grecio bellū  
indixit. Lui familiariū ali⁹ dice  
bat grecos nuntiū belli nō expe  
caturos: sed ad p̄imā aduentus  
sui famā terga vñuros. Ali⁹ dice  
bat greciā nō vinci: sed molle ex  
ercit⁹ opprimi. Ali⁹ dicebat: timē  
dū eē: ne vrbes desertas et vacu  
as inueniret. Ali⁹ dicebat: vir na  
turā rerū sufficere: agusta eē clas  
ib⁹ maria: militib⁹ castra: expli  
cādīq̄ equestrib⁹ cāpestria: vīc  
celuz patere sagittis. Dū in hunc  
modū: regē nimis exultatiō e fur  
rentem: p̄citarēt: dirit Damaga  
tus. Multitudo ista q̄ tibi placeat  
metuēda est. verū enīz ē: imodis  
ca nūq̄ posse regi: nec diu dura  
re pōt qd regi non pōt. Nihilstā  
magnum qd perire nō possit. Hec  
X

# Cōmuniſōquii.

A dicit aut̄ q̄ dixerat Damagat<sup>9</sup>. ex quo apparet: plus puidēte inesse senti p̄ficationib<sup>9</sup> & vanio vulgi assertionib<sup>9</sup>. De cōfusa vō de nictiōe dicti regis narrat Trog<sup>9</sup> p̄pet<sup>9</sup> li.ij. dicet q̄ Xerxes septuaginta millia e regno armaverat: & triginta millia de auxiliis: & centum millia navium habuisse vñ: & flumina siccata ab ei<sup>9</sup> exercitu. & grediam totā vir capte ei<sup>9</sup> exercitum potuisse. Sed ipse p̄muo in sua postremus in p̄elio: in periculis timidus: si metus abesset: in flatu. B Ío merito vñctus vt dictū ē. Lō humiliiter narrat Elegēt lib.iii. de eius cōfusibili denictione vñ in eius exercitu: equa peperit leporēz: qd est sugar animal. at Galile.li.i.c.iiij. patet ergo q̄tū nocet adulatio in cōfiliis: & q̄tū eō p̄dest veritas consiliis.

C **Laplīm. iiiij. Qd cōfiliaris debet esse experti.**

Tem cōfiliaris debent esse multiplici experientia industrii & perspicuitatis.

Ío merito senes eligunt cōfiliaris: vt dictū est. q̄ ut ait Ambro. in exameron: omel. p̄sa Sene-ct<sup>9</sup> est in p̄siliis vñlior. Ío Ecc. xxvi. dī. q̄ speciosū canitie iudi- ciū: & a p̄biteris cognoscere p̄si- liū vnde dñs p̄cepit Moysi: vo- care seniores ad p̄siliū: vt audi- rent mandata dei. Lxo.iiij. Gade & p̄grega seniores tc. Miser. x. Longrega de sentoriū te. Ro-

boam q̄ dereliquit cōfiliis senū: adherens p̄silio iuuenū: a popu- lo derelictus est. iiiij. Re. xij.

**Laplīm. v. Qd cōfiliaris de- bēt esse stabilitate solidi.**

Tem cōfiliaris debent esse stabilitate solidi: ne moueant timore: amore vel cupiditate: in p̄siliis vñdatis. Ecc. xxxvij. Ante oēz actū p̄siliū stable. & maxie regriunt: q̄ sint stabiles in diuina iustitia: ab ea nullaten<sup>9</sup> deviādo: vñ legitur de Lōstantino p̄fe Lōstātini. li. v. histo de tripartite. c. viij. q̄ cū ec- clechia pateret p̄secutiones in toto orbe terrarū: cōcessit xp̄ianos li- bere in sua religiōe p̄sistere. Sz- pbare vñlēs quodā in suo pala- tio xp̄ianos: si cēnt solidi: prece- pit: q̄ si qui veniret ad sacrifican- dū vijs suis: hi cū eo in palatio remanerent. Qui vō sacrificare nollent: recederēt. Quidaz ergo eoz a palatio exētites: sacrificare noluerūt: p̄ponētēs religionem xp̄ianam p̄missis regis. Elij vō p̄mptū ad sacrificandū vijs: spe- rabant amicitiāz regis. Delibera- uit ergo rex: eoz vñ p̄siliis: q̄ in meliorib<sup>9</sup> fideles p̄stantes q̄ cēnt Elios vō tanq̄ effeminateos ex- pulit: credēs: nūq̄ eos erga p̄n- cipē eē deuotos: qui dei sui fuerāt patissimi pditores. Illi enim sūt stabiles cōfiliaris hoīs: qui sūt veri amatores vñtatis. Eccle. xix. viij. A malo cōfiliaris sua aīaz

tuam. Ille enim est malus consiliarius qui sponit proprium comodum temporale utilitati coi: vel factum hominis sacro dei. Et talis semper est instabilis in consiliis: eo quod variatur comoda que intendit.

**C**apit. vi. Quid consilia debet esse examinata.

**G**alia vero consilia esse debet notandi: quod debet esse examinata: et cum deliberatione excussa. Consilium enim est appetitus faciendi vel non faciendi ex cogitata ratione. prima Rethorica li. i. Sive appetitus consilii unus de nobis vultus: ait Damascenus li. iii. c. xxxiii. Prudentia enim est bene consiliari: Ehi. vi. ubi comeditor ait. Bona consilio est habere. Specturatio opabilitatis fraterum optimi. Et bonum consiliari est: cui adest talis habitus: et post oia consilio: meditatio: intellectio: hec perspectratio per longum tempore generatione recipit. unde dicit in tractatu quod dogma phorum. Triplex est contemplandi consilij deliberatio. Prima est: de honesto tristri. Secunda de utili. Tertia de conflictu virtutum. Dubitamus enim utrum honestum aut turpe: deinde de duobus honestis: quod est honestum de duobus virtutibus. simile de pugna virtutum et honesti. In qua examinatione honestum est utili preponendum: et bonum conetur proprio: et summe quod est ad honorem dei. modo huma-

**I**nno. Semper enim honestum sponit deum est utili: si doctrinam Tullij illius de officiis. c. xv. Et post. Nec est unquam utiliter quod est crudele: aut idem c. xi. ponens exemplum de Athene. nensibus qui presiderunt pollicebus remigibus quod classe valebant: ne postea valerent. Similiter: nec quod est inhumani faciendum vel consulendum. sicut expellere peregrinos de civitate: ait ibidem. c. xii. Et breviter concludit: nihil faciendum aut consulendum quod est insustinibile. Unde Etale. li. vi. c. xv. loquens de Temistocle dicente: se habere salubre consilia: et petit dari sibi sapientem ad examinandum. Luidat est Aristides. Qui rediit ad populus dicendo Themistoclis utile esse consilium: tamen minime iustum voluere animo. At universa conscientia placuit. Quod equum non videt: nec expedit. Ite ad examinanda consilia: debet esse deliberativa discussio: et exquisita examinatione. Huius enim duo tria consilio festinatio scilicet et ira: ait Seneca in pueribus. Et ibidem. Deliberandum est divisa quid statuendum est semel. Et Seneca epistola. c. iij. Quicquid consilio, prospici potest, prospice. **C**onsilia debet esse stabilia: ut prae dictum est: quod sapiens non mutat consilia: oibus illis manentibus que erat. ait Seneca. li. d. b. iii. c. xxxvi. Item debent esse consilia iusta et ordinata sponiendo institutas utilitatibus: et honestum conmodo ut di-

# Comuniloquii.

